

mutare, possint ipsi commutare libere & licite: hoc perpetuo atque autoritate Apostolica ad perpetuam rei memoriam concessit & indulgit: & multa alia de quibus suis locis: modo vide ea que dicta sunt supra verbo. Absolvere, nu. 32, Duabus his concessionibus gaudent ceteri Medicantes, & alij quibus eorum privilegii gaudere concessum fuerit.

¶ Pius, 5. año. Dñi. 1567. die. 23. Martij ad instanciam Philippi secundi, Regis Hispaniarum, concessit Capitulis Provincialibus Indiarum quoruscumque Ordinum, etiam non Medicantium, ut possint dare licentiam suis Fratribus, ut in Monasterijs sui Ordinis, vel extra commorantibus in locis assignatis, & assignandis officium Parochi exercent, Sacramenta ministrando, prout hactenus consueverunt, Ordinariarum licentiam minime requisita, & quod ibi, ubi dicti Religiosi curam animarum exercet, nihil innovet Episcopi auctoritate Apostolica statuit. Ex authenticis que habentur in archivis Sancti Dominici Sancti Augustini, & S. Francisci de Mexico.

¶ Pater Ildephonsus de Noreña, & Pater Magister à Veracrucē multa advertunt circa hoc Breve Pij. 5 de quibus supra verbo. Baptizare, in explicatione huius indulti. §.